BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.
Seite 81r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Similiter in latere aquilonis per longum erunt
tentoria centum cubitorum, columnae xx. & bases
aeneae eiusdem numeri & capita eorum cum cela
turis suis argentea, e adem de latere aquilonis
respiciunt. quae iam de latere australi erant
praemissa. Quia utriusq; testamenti praeconis
consono ore ad caelestia erigunt. Tam & si cere
monias sacramentorum habuerint, pr temporum ratione
differentes. Immo hoc in tempore noui testamenti
quicumq; de utroq; populo ad salutem pertingunt
non solum eandem fidem confessionem & operationem
sed & sacramenta habent eadem in emundationem
peccatorum & perceptionem uitae caelestis in gratia
dei per ihm xpm dnm nrm.

In latitudine uero atrii quae respicit ad occidentem
erunt tentoria per L cubitos. & columnae x.
basesq; totidem, Latitudo atrii quae ad occasum
respicit solis. ubi terminato labore diuino Nostis
sopora gratia succedit merito tempus significat
illud quando cessante post mortem uita actuali
quies electorum & merces aeterna sequitur.

Denique illi qui in uinea summi patris familias opera
bantur. cum sero et factum pmia sui percepere
laboris. Quia nimirum singuli quique iustorum cum ad